ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Pudebet me crebritatis mearum litterarum, si non
ex tua voluntate penderent. Cattenius hic nu-
dius fuit tertius, & tibi quamprimum ad interro-
gata respondebit. Stalparius Gallus in
Gallias abiit. Quidam ajunt illum brevi
reversurum. alii vero negant. inter illos Ar-
chitectus Lavalle. qui hic aliquem novit quem omni
iure alteri praeponendum judicat. Obiit hic postre dnj
van Santen, Secretarius Hemelaer, van Wouw, sindr. uage
strates.| Insultat jam contagium in omnes palam sine
discrimine, quod antea vix unquam, nisi obscuri lo-
ci infimaeq sortis, attingebat. detinetur soror natura-
lis domini de Opdam, Gulielmus Verdoren Graphiarii filius,
binae ancillae Dnae de Voocht sororis affinis nostri
~~apud~~ ad quem illa divertebat. sed jam denuo repetiit larium
sedem ex sententia Medicorum atq Amicorum.
adductae enim sunt ancillae in aedes quas commodum con-
duxerat affinis noster Doubleeus.| Principis Cubicula-
rius Fourean qui apud vos obiit hic sororem habet
illius ex asse heredem. Quid tu judicas etc. debitis
donariis ad illam pueri ac reliqui pervenire? credo
debitum ~~plus~~ quam 30/m £ ~~[illegible]~~ quid dicent illum
camelum per foramen acus traxisse, nec ille vero
judicat. Cura quaeso has tras dno Alowyn. Vale atq
salutem meam defer una cum lectissima sorore atq liberis
et me in tuis cultoribus amare perge.

Tuus affinis ex animo
totus

D. de Wilhem

24 Nov. 1635.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 34
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1309

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 34
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1309